Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25962
Copyright: Admont, Benediktinerstift



quare testis dñice resurrectionis angls sedens apparuerit.
cũ is qui natiuitatis eius mundo gaudiũ euangelizabat. iuxta
pastores stetisse legatur. Stare quippe pugnantis est. sedere
regnantis. Et recte stans apparuit angls. qui aduentum
dñi in mundo pdicabat. ut etiã stando signaret. quia is
quẽ pdicabat ad debellandũ mundi pncipem ueniret.
Resurrectionis eius pco recte sedisse memoratur. ut etiã sedendo
figuraret. cũ superato mortis auctore sede regni cscendisse
ppetui. de qua ipse paulop discplis apparens ait. Data
est mi omis potestas in celo & in tra. Et euglista marcus.
& dns inqt ihc pq locutus est eis. assũptus est in celũ. &
sedet a dextris dei. Sedebat aut sup lapide reuolutum
quo hostiũ monumti claudebatur. ut claustra inferorũ
sua illũ uirtute deiecisse ac supasse doceret. quatenus
oms quos ibi suos inuenisset. ad paradysi lucẽ requieq;
subleuaret. iuxta illud ppheticũ. tu qq; in sanguine
testamti tui eduxisti uinctos de lacu in quo n est aqua.
Erat aspectus eius sic fulgur. & uestimta eius alba sicut nix.
ut ipso qq; habitu ac uultu significaret. qa is cuius glam
resurrectionis nunciabat & tribilis ad damnandum
repbos. & benignus esset ad consolandũ electos. In ful
gure & enĩ terror timoris. in niue aut blandimentũ
candoris exprimitur. In cuius qq; indiciũ diuine resurre
ctionis ipse qq; angls apparet. & custodes sepulchri im
pios timore pterret. ac mortuorũ instar tre psternit.
& uisitatrices eius de sepulchri piissimas benigna csola
tione refouet. ac ne paueant cfortat. Insup & iã fa
miliari affatu prior ipse qa sciret eas ihm querere dic.